



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,  
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia  
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliae  
aliquot piæ, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

**Haimo <Altissiodorensis>**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1551**

**VD16 H 222**

Arborem fici habebat quidam plantatam in Luc 13

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39335**

nō tā ob clamorē fidelium iniuste dānatorum, to-  
 rius iā mundi sit accelerāda ruina. Quod autē dñs  
 q̄si dubitatiue dicit, Putas inueniet fidē in terra, nō  
 dubitat, sed arguit. Verbo q̄ppe dubitatiōis incre-  
 patur infidelitas, nō opinatur diuinitas. Nā & nos  
 aliquñ de rebus, s̄ certas habemus, increpatiue ver-  
 bum dubitationis ponimus, cū corde nō dubite-  
 mus: uelut si indigneris seruo tuo, ut dicas: Conte-  
 mnis me? cōsidera, forsitan dñs tuus sum. Et Apō  
 stolus ad q̄sdā cōtemptores suos: Puto autē inq̄, q̄  
 & ego sp̄m dei habeam. Qui dicit puto, dubitare  
 uidetur, sed ille increpabat, nō dubitabat. Ita ergo  
 & dñs scit qdē om̄ia, p̄ quem facta sunt om̄ia, & ta-  
 men dubitando increpat infidelium corda.

11. Cor. 7

SABBATO QVATVOR TEM-  
 porum. Lucę XIII.

In illo tempore dicebat Iesus turbis simili-  
 tudinem hanc: Arborem ficī habebat quidā  
 plantatam in uinea sua. Et reliqua.



**P**Ot est qdem hec ar-  
 bor fici generis hu-  
 mani designare natu-  
 ram, p̄ uineam genus hu-  
 manum, p̄ ficum, docto-  
 res siue principes huius  
 mundi. Quæ bñ plantata  
 est, hoc est, ad auctoris sui  
 similitudinē creata ē. Sed  
 domino p̄ triennium fru-  
 ctum dare negauit, quia  
 ante legem sub lege, sub  
 gratia obedire despesit.

Luc. 13.

Isa. 51

Verum si ad superiora respexeris, animaduertes significari per uineam plebem Iudæorum, per ficum scribas & phariseos. & si generaliter omnium, specialiter tamen synagogæ typum portare. Nam cum præmissa illa terribili tremendaque sententia, Si non pœnitentiã egeritis, omnes similiter pibitis: mox de infœcunda arbore parabolam subiungit, apertissime docens eos quibus loquebatur, instar infructuosæ ficus, si non pœniterent, esse succidendos. Vineam domini sabaoth domus Israel est, ut Isaia canticum docemur: synagoga autem in eadem domo cõdita, fici est arbor in uinea. Sed qui uineam suam permisit a uiatoribus diripi, hic etiã ficum iussit excidi.

Et uenit quærens fructum in illa, & non inuenit. Id quod per se, per synagogam per Moysen instituit, dominus in carne natus apertè, & crebrè in synagoga docens, fructum fidei quæsiuit, sed in phariseorum mente non inuenit.

Dixit autem ad cultorem uineæ: Ecce anni tres sunt, ex quo uenio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio. Per cultorem uineæ, apostolorum doctorumque ordo exprimitur, quorum precibus ac monitis assidua plebi dei cura suggeritur. His etenim dominus sepiissime de infructuosa Iudæorum gente querebatur, quod per tres annos suæ uisitationis, hoc est, in legalibus edictis, in prophetis contestationibus, in ipsa coruscantis euangelij gratia, negligens existerit.

Succide ergo illam, ut quod etiã terram occupat? Non ab apostolis, sed a Romanis gens Iudæa succisa & a terra repromissionis eiecta est. Sed succide, inquit, illam, id est, succisionis ei uenturæ cladem, pœnitentiam suadendo, propone. Quæ iusto iudicio terram

etum regno perdidit, pro cuius amore cali ciues  
 persequi, ipsumq; celi & terræ regem occidere nõ  
 metuit, dicens per suos pontifice & pharisæos: Si  
 dimittimus eum, sic omnes credent in eum, Et ue **Ioh. 12**  
 nient Romani, & tollent nostrum locum & gen-  
 tem. Potest etiam per terram sterili sicu occupatã,  
 Iudææ plebis turba figurari, quæ noxia præposi-  
 torum umbra, ne ueritatis lumen recipere possit,  
 est depressa: & ne supernæ dilectionis sole calefie-  
 ret, exemplo est eorum prauitatis impedita, iuxta **Mat. 23.**  
 quod eisdẽ alibi saluator: Væ, inquit, uobis scribæ  
 & pharisæi hypocritæ, qui clauditis regnum celo-  
 rum ante homines. Vos enim non intratis, nec in-  
 troeuntes finitis intrare.

At ille respondens, dixit illis: Domine, di-  
 mitte illam & hoc anno, usq; dum fodiam  
 circa illam. ¶ Vox apostolorum est, qui post pas-  
 sionem domini pro Iudæis summopere precaban-  
 tur, ne absque pœnitentia dominicæ crucis ultio-  
 nem paterentur. [Vsq; dũ fodiam,] inquit, [circa  
 illã,] id est, radicẽ infructuosæ mentis, ligone bis  
 acutæ inuentionis humiliẽ, p̄sentũ uidelicet pres-  
 surarũ horrorem & perpetuẽ dãnationis incutiẽs.  
 Omnis quippe fossa in imo est, & nimia increpa-  
 tio, dũ mentẽ sibi demonstrat, humiliat. [Et mitte  
 stercora.] Id est, malorum quæ fecit, abominatio-  
 nem ad animum reducam, & compunctiõis gra-  
 tiam quasi de putredine stercoreis suscitẽm.  
 Et siquidẽ fecerit fructum: sin aut, in futurum  
 succides eã. ¶ Cum diceret, Et siquidẽ fecerit fru-  
 ctũ, nõ subiunxit aliquid, sed suspendit sententiã:  
 Cum uero adderet, [sin autẽ,] continuo iudicium

uenturæ damnationis adnexuit, dicens: [in futurum succides eam.] Quia uidelicet multum, p̄liuio-rem ad negandum, quam ad constendum dominus synagogā uidebat. Vnde & alibi rebus eādem figuram, quam hic uerbis agens, infœcundā sicum æternę sterilitatis maledictione damnauit, ostendens uidelicet eam, & si fodiant apostoli corripiendo, & si sterco aduchant peccata improperando, nulla tamen p̄nitentię fruge cumulandā, sed districtę bipennis seueritate tollendam.

Mat. 21.

Erat autem docens in synagoga Iudæorū sabbatis. Et ecce mulier, quę habebat spiri-  
tū infirmitatis annis decem & octo.

Dicta deficu parabola, dominus in synagoga docuisse narratur, ut uidelicet intimetur, non alio parabolam tendere, sed hoc esse fructum iu ficulnea querere, & non inuenire, uerbum synagogę commodare, nec recipi. Quam tamen ne totā funditus ob culpam sterilitatis extirpandam putares, sed reliquias per electionem gratiæ scires esse saluandas, mox ibidem ecclesię primitiue sanatio, sub incuruata mulieris specie subsequitur. Quę bene decem & octo annis fuit curuata, qui numerus ternario sexies ducto p̄ficitur: quia uidelicet eam in testimonio legis, in uaticinio prophetię, & in reuelatione gratiæ per infirma opera languere ostēdit. Senarius enim numerus, in quo mundi est creatura perfecta, operum perfectionem significat. Tria uero sunt (ut dixi) tempora dominicę uisitacionis, in quibus Iudæa, quę terrena magis quã caelestia nouerat operari, quasi decem & octo annis a suæ mentis erat rectitudine curuata.

Et erat incuruata, nec omnino poterat sursum respicere, ] quia terrena sapiens, infima requirens, celestia cogitare nondum sciebat, audies per prophetam: Si uolueritis & audieritis me, bona terrena comedetis. Quo contra membrum ecclesie dicit Apostolus: Quae sursum sunt sapite, non quae super terram. Isa. 1.  
Col. 3.

Quam cum uidisset Iesus, uocauit eam ad se, & ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, & confestim erecta est, & glorificabat deum. ] Vidit, praedestinando per gratiam uocauit, illustrando per doctrinam imposuit manus spiritualibus, donis adiuuando crexit, ad glorificandum deum in operibus bonis, usque ad fidem firmam prouehendo. Quos (inquit) praedestinauit, hos & uocauit: quos autem uocauit, illos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & magnificauit. Ro. 8.

Respondens autem archisynagogus, indignans quia sabbato curasset Iesus, dicebatur turba: Sex dies sunt in quibus oportet operari. In his ergo uenite & curamini, & non in die sabbati. ]

Sabbato curauit: Iesus, ostendens iam esse tempus, ut secundum prophetiam Cantici canticorum aspiraret dies, & remouerentur umbræ. Sed nesciebat archisynagogus, uel hoc uel illud multo excellentius sacramentum, quod sabbato curando dominus intimabat, quia scilicet post sex seculi huius ætates, perpetua uitæ immortalis erat gaudia daturus, in cuius figura Moyses sabbato non a bona, sed a feruili hoc est, noxia præcipit actione feriarum, illud utique tempus præfigurans, quo seculatitia nostra opera, non autem religiosa, hoc est, deum laudandi acta, cessarent. Fallitur ergo, & fallit archi- Can. 2.

synagogus, quia lex in sabbato non hominē curare, sed onera ferre, hoc est peccatis grauari prohibuit. [Respondens autem ad illos dominus, dixit: Hypocritæ, unusquisque uestrum sabbato nō soluit bouem suum aut asinum a præsepio, & ducit ad aquare? ] Infidelitatis quidem arguit principes synagogæ, & merito hypocritarum, id est, simulatorum nomine notat, quos, cum magistri plebium esse appetere, hominis sanationem pecoris curæ postponere puderet. Sed altiore sensu bouis & asini uocabulo, Iudæum Græcum significat, de quorum uocatione scriptum est: Bos cognouit possessorem suum, & asinus præsepium domini sui: quia uterque peccati uinculis absolutus, suum æstumque miffi huius, dominici fontis haustu deposuit. [Hanc autem filiam Abræ, quam alligauit satanas ecce decem & octo annis, non oportuit solui a uinculo isto die sabbati? ] Filia Abræ, est anima quæque fidelis. Filia Abræ est ecclesia, de utroque populo ad fidei unitatem collecta, quæ tempore legis & dominicæ resurrectionis impleto, per gratiam spiritus sancti septiformem, a uinculo longæ captiuitatis erupit. Nam & hoc modo fortasse mysterium sabbati decem & octo annorum, potest non inuenienter intelligi. Idem est ergo mystice, bouem uel asinum solutos a præsepio ad potum agi, quod & filiã Abræ a uinculo noxiæ inclinationis eriggi, ecclesiam uidelicet ex Iudæis & gentibus cõgregatam, laqueis peccatorum per aquam baptismatis absolui, atque ad celestia speranda sublimari. ¶ Notandum sane, quod nefandissima hæresis, ex eo quod dominus ait mulierem alligatam a satana, conatur astruere, corporum humanorū uitia, non ad dñm

Isa. 1.

autorem, sed potius ad diabolum pertinere. quasi diabolus cum habeat semper cupiditatem nocēdi, nocere cuiquam possit, nisi ab omnipotente acciperet potestatem. Nam quid aliud non solum in libro beati Iob, quem memorata hāresis cum ceteris testamēti libris & cum ipso deo qui dedit, quasi maligno mundi principe, ut insanos exufflat, sed **Matt. 8<sup>o</sup>** etiā euāgelio declaratur, ubi demonia, nec in porcos ire potuisse, nisi hoc illis ipse cōcederet, legitur.

DOMINICA XIX. POST  
pentecosten, I. ad Corinthios I.

**F**Ratres, Gratias ago deo meo, id est, laudes refero deo meo [semper pro uobis:] Cum dixit Apostol<sup>o</sup>, Gratias deo, nō sine causa addidit, meo. Cum enim omnium creaturarum unus sit deus per naturam atq; potentiam, eo qd sit creator omnium illorum, tamen deus proprie esse dicitur, qui merito fidei & iustitię eius cultores esse probantur, sicut beati Pauli aliorumq; apostolorum. Hinc dicitur, Ego sum deus Abraā, **Exo. 3<sup>o</sup>** deus Isaac, & deus Iacob, per gratiam & uite meritum. Et quare gratias dicit se agere semper pro salute illorum, cum nemo hominum semper possit intentus esse orationibus aut gratiarum actionibus? Nam sicut in scripturis patrum legimus, Apostolus ab hora prima usq; ad quintam laborem manuum infatigabat: ab hora autem quinta usq; ad decimam prædicationi operam dabat: post decimam uero, iterū procurabat pauperū peregrinorumq; hospitalitatem, suiq; corporis necessitatem: per noctem uero orationi attentissime insudabat. Igitur, ppter nimiam assiduitatem, qua per singulos